



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Julii Capitolini Maximus Et Balbinus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

JULII CAPITOLINI MAXIMUS ET BALBINUS.

INTEREMPTIS in Africa Gordiano seniore cum fili-
lio, quum Maximinus ad urbem furens veniret, ut,
quod Gordiani Augusti appellati fuerant, vindicaret,
fena-

SALMASIVS.

JULII CAPITOLINI.] Non
habent nomen auctoris adscri-
ptum veteres Palatinae Bibliothecae
membranae, in quibus tantum legi-
tur: *EXPLICIT GORDIANVS, INCIPIT
MAXIMVS.* Capitolini tamen esse non
dubitamus.

CASaubonus.

2 MAXIMVS ET BALBINVS.] De
horum nominibus ante diximus, &
de Capitolini incogitantia, aut nescio
quid aliud dicam: qui nummos ho-
rum principum non requisivit, non
inspexit, ut adeo molesto scrupulo
liberaretur. Extant etiam hodie u-
triusque Augusti non pauci; quos vi-
ri docti descriperunt. Vidimus &
nos in cimeliis viri amici & antiqui-
tatis admodum periti Petri Ragosii
Bigarii Aquisextensis advocati,
quem nuper Rex Christianissimus
gazae suae antiquarum rerum praefe-
cit, duos Maximi nummos, quorum
haec erant epigrammata. alter est ar-
genteus, habetque ab una parte haec:
IMP. C. M. CLOD. PVPPIENVS. AVG.
in altera autem ista: *P. M. TR. PO.
COS. II. P. P.* Nummus alter est ex
aere, habetque haec verba: *IMP. C. M.
S. C.* & in pos-
tica facie, *PAX PVBLICA. S. C.* sed in
istis nummis cognomen Maximus praeter-
missum est: cujus tamen fidem
faciunt alii, ita inscripti: *IMP. C. M.
PVPPIEN. MAXIMVS. AVG.* Balbinus
autem vocatur in nummis *D. C. M.
LIVS BALBINVS.* Caterum librum
hunc eo levius percurremus, quia

dicta pleraque omnia jam ante in
duobus superioribus.

SALMASIVS.

2 MAXIMVS ET BALBINVS.] De
Maximo, qui & Pupienus, jam pri-
dem docuerunt docti viri Onuphrius
& Casaubonus errare Capitolinum
in actu suo, dum miratur & prope
monstri simile putat Pupienum à La-
tinis scriptoribus nominari, qui Grae-
cis semper Maximus fuerit dictus.
Maximum igitur cum hunc voca-
vit & hoc nomine librum de vita e-
jus inscripsit Capitolinus, non Lati-
nos sed Graecos est sequutus scripto-
res: at Aurelius Victor Scotthi La-
tinos, nam Pupienum & Balbinum
appellat: etsi mendose apud illum
Cupienus vulgatum est. in nummis
autem, quos ad hunc locum descri-
ptos posuere iidem eruditi viri, pu-
tant Maximi cognomen esse praeter-
missum, *IMP. C. M. CLOD. PVPPIE-
NVS. AVG. & IMP. C. M. CLOD.
PVPPIENVS.* Ego vero secus existimo:
nam illae singulae *C. M. CLOD.* Cajum
Maximum Clodium Pupienum
denotant. *C. Maximus* à patre Ma-
ximo cognominatus. Clodius au-
tem Pupienus vel ab avo vel ab avia
vel paternis vel maternis vel etiam
adoptione aliqua, quod ad verum
sciri non potest. sic Titus Aurelius
Fulvius Bojonius Antoninus Pius,
Titus quidem Aurelius à patre Tito
Aurelio, Bojonius ab avia materna
Bojonia, Antoninus autem ab avo
materno Antonino appellatus est,
Spartiano teste: & ita de aliis. At-

I 5

que

¹ senatus pertrepidus in ædem Concordiæ ² VII. Cal. Junii concurrat, ludis Apollinaribus, remedium contra furorem hominis improbissimi requirens. Quum igitur duo consulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus (quorum Maximus à plerisque in historia reticetur, & loco ejus Pupieni nomen inferitur: ³ quum & ⁴ Dexippus & Arabianus Maximum & Balbinum dicant electos contra Maximinum post Gordianos;

que hinc factum ut ab aliis C. Maximus, ab aliis vero Clod. Pupienus nominaretur, hic de quo agimus imperator. sic etiam L. Ceionius Ælius Commodus Verus. de quo vide Spartianum in ejus vita, & nos alibi accuratius fufiusque hanc prænominum, nominum cognominumque varietatem & inter se mutationem tractabimus.

CASAUBONUS.

¹ Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ VII. Cal. Junii concurrat, ludis Apollinaribus.] Conſternationem animorum & ſenatus & populi Romani ad nuntium de cæde Gordianorum; narrat Herodianus in ſeptima hiftoria. tum illud factum eſt S. C. in Capitolio, de quo libro ſuperiore diximus. Sed diſſentit hic ab Herodiano Capitolinus: qui non in Capitolini Jovis cella, verum in æde Concordiæ creatos ſcribit imperatores Maximum & Balbinum. Videntur initio patres in ædem Concordiæ concurriffe: poſtea vero iterum in Capitolio conveniſſe, & ibi negotium perfeciffe. Perperam vero ſcriptum hoc loco, Majo mense hæc accidiſſe: quod hiftoriæ rerum geſtarum manifefſiſſime repugnat. ſed ſcribendum eſt, VII. Kal. Julii, non autem Junii. Sexto Kal. Junias, ut dixit Capitol. in Maximinis, recitata ſunt in ſenatu Gordiani de imperio ſuo literæ. at nuntio de ejus cæde Romam mense uno poſt allato, ſenatus hic habitus eſt VII. Kal. Julii,

ſive Quintilis: quo mense ludi Apollinares Romæ, ut ex Livio conſtat & veteri Calendario, celebrabantur. d. III. Nonas Quintil. ſ. ita olim: poſtea vero aliter conſtitutum, ut oſtendit hic Capitolini locus: ſit modo ſanus & erroris aut vitii putus. Liber Puteani, VII. Idus Jun. alter ejuſdem, VIII. Idus.

⁴ Dexippus & Arabianus.] Is eſt, ni fallor, qui duobus in locis antiq. Arriani nominabatur. Herodianum hic ſileri mirum eſt.

SALMASIUS.

² VII. Calend. Junii.] Pal. & veter. ed. Kal. Junias.

³ Quum & Dexippus & Arabianus.] Nihil dubitamus quin hæc ſit legendum Arriani, ut in vita Gordianorum recte legitur. nec refragatur hoc loco liber optimus qui habet Arriani: p. pro. r. ut petrusus pro retuſus. & ſimilia. ſic in vita Gordiani tertii, Arriani pro Arriani, emendare meminimus.

GRUTERUS.

¹ Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ, &c.] Non male Pal. prætrepidus.

² Septimo Calend. Junii.] Pal. ſeptimo idus Junias. de hac diverſitate conſulatur Caſaubonus.

⁴ Dexippus & Arabianus.] Pal. Arriani, ut dubitandum veniat, retineri ne debeat vulgatum, an revocandum Arriani, cujus ſupra bis mentio.

dianos; quorum alter bonitate, virtute alter ac severitate, clari habebantur) ingressi essent curiam, ac præ se timorem Maximini adventu ferrent ostenderentque, referente cos. de aliis rebus, qui primam sententiam erat dicturus, sic orsus est: *Minora nos sollicitant, & prope aniles res ferventissimo tempore tractamus in Curia. Quid enim opus est de restitutione templorum, de basilica ornatu, de thermis Titianis, de exedificatione amphitheatri agere: quum immineat Maximinus, quem hostem mecum ante dixistis: Gordiani duo, in quibus præsidium fuerat, interempti sint, neque in presenti ullum sit auxilium quo respirare possimus? Agite P. C. principes dicite. Quid moramini? ne dum singulatim pertimescitis, in timore potius quam in virtute opprimamini.* Post hæc tacentibus cunctis, quum Maximus, qui & natu grandior erat & meritis, & virtute ac severitate clarior, dicere sententiam cœpisset, qua ostenderet duos principes esse faciendos, Vectius Sabinus ex familia Ulpiorum, rogato consule ut sibi dicere,

CASAUBONUS.

1 Quorum alter bonitate.] Albinus, quem describit Herod. τὸ ἴδιον ἀ-
πλῆστερον.

2 Ac præ se timorem Maximini adventu ferrent, ost.] Scrib. adventus. pro ferrent ostenderentque, quidam codices, fronte ostenderent.

3 Referente Cos. de aliis rebus, q.] De restitutione templorum, ornatu basilicæ, & similibus, ut statim indicatur.

4 Qui primam sententiam erat dicturus.] Lege, primus. periphrasis est senatoris primæ sententiæ.

6 Ferventissimo tempore.] Cum quidem jam πῆντεσσιν ἐπι ξυρὸ ἰστέ) ἀκρίβης, aut certa perniciēs, aut salus. elegans translatio.

7 De thermis Titianis.] Titi Cæsaris.

SALMASIUS.

2 Ac præ se timorem Maximini fer-

rent, ostenderentque.] Emendamus ex vestigiis optimi Palatini: quum igitur duo Consulares, & eminentes quidem viri, Maximus & Balbinus, ingressi essent curiam, ac præcipue timorem, Maximini adventu, fronte ostenderent, referente consule de aliis rebus, &c. hæc non sunt pejora vulgatis. imo quis non sentit editam lectionem sordere, si cum hac comparetur? quam ut pluribus testimoniis firmatam libentius recipias, eam quoque à veteri primaque omnium editione agnosci scias.

5 Sic orsus est.] Sic exorsus est.

GRYTERVS.

2 Ac præ se timorem Maximini adventu ferrent ostenderentque.] Pal. ac præcipue timorem Maximini adventu fronte ostenderet; ut videatur restituendum, ac præ se timorem adventus Maximini fronte ostenderent.

4 Qui primam sententiam erat dicturus.] Haud aliter Pal.

cere atque interfari liceret, sic orsus est. Scio P. C. hanc rebus novis inesse oportere constantiam, ut rapienda sint consilia non quarenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum sit atque sententiis, ubi res perurgent. Cervices suas quisque respiciat, uxorem ac liberos cogitet, avitas patriasque fortunas, quibus omnibus imminet Maximinus, natura furiosus, truculentus, immanis, causa vero (ut sibi videtur) satis justa, truculentior. Ille quadrato agmine, castris ubique positis ad urbem tendit, vos sedendo & consultando diem teritis. Longa oratione opus non est: faciendus est imperator, imò faciendi sunt principes: unus qui res domesticas, alter qui bellicas curet. unus qui in urbe resideat, alter qui obviam cum exercitu latronibus pergat. Ego principes dico, vos firmate, si placet: 'sin minus, meliores ostendite. Maximum igitur atque Balbinum: 'quorum unus in re militari tantus est' ut nobilitatem

SALMASIUS.

1 Sin minus, meliorem ostendite.] Meliores ostendite. nempe principes.

2 Quorum unus in re militari tantus est, ut nobilitatem generis splendore virtutis allegerit.] De Maximo sermo est, qui ignobilis, sed virtutis splendore & militari scientia, multis nobilibus antefereendus, sed quid est, nobilitatem generis virtutis splendore allicere? cæcus sit oportet, qui non videat mendum huic subesse lectioni. quod tamen dissimulant veteres libri, nisi quod in Palatino allegerit scriptum est pro allegerit. puto auctorem scripsisse, illuxerit: quorum unus in re militari tantus est ut ignobilitatem generis splendore virtutis illuxerit. id est illucescerit, illustraverit. illucescere pro illustrare ut innotescere pro notum facere apud Ulpianum & in Cod. Theod. & apud recentiores auctores passim. sic insuesco pro insuefacio: requiesco pro quietum facio:

requirunt flumina cursum.
sic vilescit, agendi quoque significatione posuerunt. Glossa: vilescit, egressi

παλιζεν. non dissimile est apud Ciceronem in libro de amicitia prælucet bonam spem. sic adiucre faciem, & ceterum lucere apud Plautum. ita igitur hoc loco, generis ignobilitatem splendore virtutis illucere, pro illustrare, & illustrem reddere, nihil verius.

CASAUBONUS.

3 Ut nobilitatem generis splendore virtutis allegerit.] Scribendum, generis non erat Maximus nobilis natalibus, sed obscuritatem generis virtute illustraverat. minus convenit doctissimorum virorum emendatio: ut ignobilitate gen. eadem quidem sententia: sed ex nostra correctione mollior & humanior.

GRUTERVS.

3 Ut nobilitatem generis splendore virtutis allegerit.] Pal. virtutis allegerit. locus bene habebit, modo legatur cum Casaubono, nobilitatem generis splendore virtutis allegerit, aut, allegerit. Epist. xvii. Centuriæ Miscellæ.

tatem generis splendore virtutis allegerit: alter ita clarus nobilitate est, ut & morum lenitate Reip. sit necessarius; & vita sanctimonia, quam à prima aetate in studiis semper ac literis tenuit. Habetis sententiam P. C. mihi fortasse periculosiorem quam vobis: sed nec vobis satisfactam, si non aut alios aut hos principes feceritis. Post hæc acclamatum est uno consensu, *Aequum est, iustum est. sententia Sabini omnes consentimus. Maxime & Balbine Augusti, dii vos servent, dii vos principes fecerunt, dii vos conservent. Vos senatum à latronibus vindicete, vobis bellum contra latrones mandamus. Hostis publicus Maximinus cum filio pereat, hostem publicum vos persequimini. Felices vos iudicio senatus: felicem Remp. vestro imperio. Quod vobis senatus detulit, fortiter agite: quod vobis senatus detulit, libenter accipite.* His atque aliis acclamationibus imperatores facti sunt ³ Maximus atque Balbinus. ¹ Egressi igitur à senatu, primum Capitolium ascenderunt, ac rem divinam fecerunt. ² Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, populus Rom imperio Maximi contradixit. timebant enim severitatem ejus homines vulgares. Quare factum

SALMASIVS.

¹ Egressi igitur à senatu primum Capitolium ascenderunt, ac rem divinam fecerunt, sed dum in Capitolio rem divinam faciunt.] Pessimæ manus istos libellos tractarunt. nihil enim intactum & integrum reliquerunt. ut hoc loco, quam temere hæc verba, *s. d. dum in Capitolio*, usque ad illa, *dum ad rostra populum consecravit*, in hanc sedem intruferunt. ea nos in suum locum, istinc deturbata, paulo post reponemus. nam heic nullomodo hæere possunt. cum enim his verbis agat de Gordiani adolescentuli in imperium electione, tribus post verbis eandem rem exponit. quod non convenit. hæc ita igitur constitue me auctore, vel potius auctoribus membranis: *egressi igitur à senatu primum*

Capitolium ascenderunt, ac rem divinam fecerunt. deinde ad rostra populum consecravit.

CASAVBONVS.

² Sed dum in Capitolio rem divinam faciunt p.] Quæ sequuntur, omnia, ad illa verba, *Deinde ad Rostra p.* in regio & Puteani leguntur alio loco, quem infra indicabimus.

GRVTERVS.

² Sed dum in Capitolio, &c.] Hæc &c sequentia, usque ad illa; *Deinde ad rostra*, non magis comparent hoc loco in Palatino, quam in Regio aut Puteaniano: sequuntur demum cap. 8. post ista; *inierunt imperium*. videntur tamen heic utcumque tolerari posse, sed tolerari tantum.

x Hic

factum est ut Gordianum adolescentulum principem peterent, qui statim factus est: nec prius permitti sunt ad Palatium stipati armis ire quam nepotem Gordiani, Cæsaris nomine nuncuparent. Deinde ad Rostra populum convocarunt. Ubi quum orationem de senatus sententia & de sua electione habuissent, populus Rom. cum militibus qui forte convenerant, acclamavit, *Gordianum Cæsarem omnes rogamus.* ¹ Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam; vel, ut alii, ex filio qui est in Africa occisus, ² annum agens ætatis XIII. ut plerique dicunt: qui statim raptus est, & novo genere senatusconsulti quum eadem die senatuscons. factum esset. inductus in Curiam, Cæsar est appellatus. ⁴ Prima igitur relatio principum fuit, ut duo Gordiani divi appellarentur. Aliqui autem unum putant appellatum, seniore videlicet: sed ego libris quos Junius Cordus affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos. si quidem senior laqueo vitam finivit: junior autem in bello consumptus est: qui utique majorem meretur reverentiam quod eum bella rapuere. Post has igitur relationes ⁴ præfectura urbis in Sabinum collata est, virum gravem, & Maximi moribus congruentem; prætoriana in Pinarium Valentem. Sed prius quam de actibus eorum loquar, ⁵ placet aliqua dicere de moribus atque genere: non eo modo quo Junius Cordus est prosequutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus ⁶ & Valerius Marcellus: quam-

vis

SALMASIUS.

¹ Hic nepos erat Gordiani ex filia, ut quidam, vel ut alii ex filio.] Palat. cum veteri editione: Hic erat nepos Gordiani ex filio qui est in Africa occisus.

⁴ Præfectura urbis in Sabinum collata est.] In Sabinum conlocata est. ita libri omnes.

⁵ Placet aliqua dicere de genere & moribus eorum.] Placet aliqua dici.

CASAUBONUS.

² Annum agens XIII. ut plerique di-

cunt.] Scribe ex superioribus, decimum tertium.

³ Prima igitur relatio principum fuit.] Regius, v. duorum principum f. Fuisse moris ut novi principes primam relationem facerent de ejus honoribus cui successerant, ante monebamus.

⁶ Et Valerius Marcellus.] Reg. Valerius Marcellinus.

GRUTERVS.

² Annum agens ætatis decimum quartum.] Ita quoque Pal.

6 Et

vis¹ Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, ²plura congerit: Cordus verò ³tam multa ⁴ut etiam pleraque & minus honesta perscripserit. MAXIMO pater fuit Maximus, unus è plebe, ut ⁵nonnulli dicunt, ⁶faber ferrarius; ⁷ut alii, ⁸rhedarius vehi-

⁶ Et Valerius Marcellinus.] Est à libris Regio & Palatino: nam vulgg. Marcellus.

SALMASIVS.

⁶ Valerius Marcellinus.] Valerius Marcellinus, in Palatino.

CASAVBONVS.

¹ Curius Fortunatianus.] Reg. Orationis Fort. sed Curius recte, ut in aliis locis. Legi nuper apud virum doctum, editam olim in Italia hujus historiam fuisse: tamen Transalpinorum esse puto neminem qui unquam viderit.

³ Tam multa ut etiam pleraque & minus honesta perscripserit.] Regius, tam multa, etiam pleraque vitia, & minus honesta perscripsit.

⁵ Faber ferrarius.] En vices humanarum rerum. nam & nati fabris ferrariis, ut hic, ad imperatoriam majestatis fastigium ascendunt: & ii quoque interdum, qui fuere ipsi fabri ferrarii; ut de Mario quodam narrat Trebellius Pollio. At enimvero Perseus contra de rege Macedoniae co-redactus est, ut fieret faber ferrarius. usque adeo

ῥῆτα ὁδὸς βελτεῖ, ῥῆτα ἰ βελτιόρ
& χαλεπέτε.

⁷ Rhedarius vehicularius fabricator.] Fabricator ejus generis vehicularum, quæ dicuntur rhedæ: sic carpentarii carpenta tantum conficiebant. sed fortasse scribendum, rhedarium vehicularum fab. vel, rhedarum vehicularium f. In regio, viridarum, veh. nullo sensu.

GRVTERVS.

¹ Curius Fortunatianus.] Sic, nulla littera variante, Pal.

² Plura congerit.] Pal. pauca conge-

rit. scire cuperem quid heic varient aliorum membranæ.

⁴ Ut etiam pleraque & minus honesta.] Sic & Pal. at supervacuum esse illud & vel cæco apparet.

⁶ Ut alii, rhedarius vehicularius fabricator.] Non aliter Pal.

SALMASIVS.

² Plura congerit.] Ait se non omnia minutatim persequi velle quæ de eorum vita & genere dici possint. quod fecerat affatim Junius Cordus. nec rursus Curium Fortunatianum velle imitari, qui omnem hanc historiam perscribens pauca admodum tetigerit: sed eum modum velle sequi, quem Suetonius & Marcellinus essent sequuti. legendum igitur ex membranæ & prima editione: quantumvis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca contigerit.

⁷ Rhedarius vehicularius fabricator.] Vehiculum nomen generale, rheda speciale. vehicularius igitur rhedarius fabricator dicitur qui hoc genus vehiculi fabricaret, quod appellatur rheda. sic lanarius generali voce quemcumque lanarum artificem aut negotiatorem significat: speciatim tamen lanarius pectinarius dicitur qui lanas pectit. vetus inscriptio: LANARIUM. PECTINARIUM. SODALES. Græci κτενισαῖς simpliciter eos appellant. vetus interpres Apollonii ad illud: βελτεῖ λυέσσι. τοῖς ἐρείοις, ὅθεν καὶ λανασαῖοι καλεῖται οἱ κτενισαῖ. dicitur & lanarius coactiliarius qui coactilia operatur aut vendit, & coactiliarius etiam per se vocatur: vetus lapis: M. L. LANARIUS. LANARIUS. COACTILIARIUS. alibi passim coactiliarius simpliciter appellatur. Glossæ: coactiliarius, πιλοποιός. vestiarium, omnis vestium institor vel con-

vehicularius fabricator. ¹ Hunc suscepit ex uxore Prima nomine. ² cui fratres quatuor viri fuerunt, & quatuor puellæ: ³ qui omnes ⁴ in pubertate interierunt. Nato Maximo, carnem bubulam, & quidem multam, ⁵ aquila ⁶ in cellam eorum projecisse fertur, quæ angusto patebat impluvio: ⁷ eam denique quum jaceret, nec quisquam contingere auderet religionis timore, iterum sustulisse, & in proximum facellum quod erat Jovis Præstitis, detulisse. ⁸ Id eo tempore nihil visum est ominis habere, sed non sine causa factum probavit imperium. ⁹ Pueritiam omnem in domo patris Pinarii fecit, quem statim ad præfecturam prætorii subvexit ubi factus est imperator. Operam grammatico, rhetori non multam dedit. Siquidem ¹⁰ semper virtuti & militari

confessor vocatur. *tenuarius* speciale artificii nomen de illis qui tenuia vestimenta conficiunt. atque hi *vestiarii tenuarii* vocantur in antiquis faxis. vetus lapis Romæ: M. CINCIUS. M. F. THEOPHILVS. VESTIARIVS. TENVIARIVS. item in alio: MATTIVS. PATROBIVS. VESTIARIVS. TENVIARIVS. sic *subactores* vel *subactarii* dicebantur, qui coria subigebant. hi *coriarii subactarii* appellantur, in veteri inscriptione. eodem plane modo, *vehicularius redarius*, & *vehicularius carpentarius*, qui carpenta & redas fabricant.

CASAVBONVS.

¹ Hunc suscepit ex uxore Prima nomine.] Reg. ex uxore prima Neari nomine.

³ Qui omnes in pubertate interierunt.] Reg. intra pubertatem.

⁵ Aquila in cellam eorum projecisse fertur.] Scribe, coram proj.

⁸ Id eo tempore nihil visum est ominis habere, sed n.] Spartianus in Geta: Hoc dictum ejus, tunc nihil, post vero præfatio fuit.

⁹ Pueritiam omnem in domo patris Pinarii fecit.] Facere, pro *ἀγαθὸν*, morari, & habitare; de quo nonni-

hil supra: & crebra est locutio in libris juris civilis.

SALMASIUS.

² Cui fratres quatuor viri fuerunt & quatuor puellæ.] Inpeta lectio. viros appellat, qui intra pubertatem omnes interiit. sic igitur legendum: cui fratres quatuor viri fuerunt, & quatuor puellæ: qui omnes intra pubertatem interiit.

⁷ Eam denique cum jaceret.] Melius Palatinus: eademque cum jaceret, nec quisquam contingere auderet religionis timore, iterum sustulisse. atque ita olim de conjectura legebam.

⁹ Pueritiam omnem in domo patris Pinarii.] Pal. & princeps editio: in domo patris Pinarii. patrem tamen ejus Maximum non Pinarium supra vocavit.

GRVTERVS.

⁴ Intra pubertatem.] Vulgg. in pubertate. sed alterum existat in Regio & Palatino.

⁶ In cellam eorum projecisse fertur.] Pal. cella.

¹⁰ Semper virtuti & militari severitati.] Pal. semper virtuti & militari, & severi, quod fere præposuimus.

x Atlas

tari severitati studuit. ¹ Attamen militaris tribunus fuit, & multos egit numeros, & postea præturam, sumptu Pescenninæ Marcellinæ, ³ quæ illum loco filii susceperat & aluerat. Inde proconsulatum Bithyniæ egit, & deinceps Græciæ, ⁴ ac tertio Narbonæ. Misus præterea legatus, Sarmatas in Illyrico contudit: atque inde translatus ad Rhenum, rem contra Germanos satis feliciter gessit. ⁶ Post hæc præfectus urbis prudentissimus, ac ingeniosissimus, & severissimus approbatus est. ⁷ Quare * veluti senatus ei homini, quod non licebat, novæ familiæ, imperium tamen detulit, confessis omnibus eo tempore in senatu aptiorem non esse qui deberet principis nomen accipere. Et quoniam etiam minora plerique desiderant, fuit cibi avidus, vini parcissimus, ad rem Veneream nimis rarus, domi forisque semper severus, ita ut & *tristis* cognomen

CASAUBONUS.

¹ Attamen militaris tribunus fuit, e.] Fortean, ac tandem. Sed passim vocem tamen alieno loco positam in his libris invenias.

⁵ Ac tertio Narbonæ.] Narbona provinciæ hic nomen est, non urbis.

⁶ Post hæc præfectus urbis prudentissimus ac ingeniosissimus, & severissimus approbatus est.] Omnia hæc Herodianus:

τὸ τὸ Πρωτοῦ πόλεως ἐπιτοχὴ καὶ ἡγεμονία ἐπισημαίνεται τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐν τῷ λαῷ τῷ ὄνομα τῶν ἀρχαίων τε ἀγγλοῦ καὶ βία τῶν ἀρχαίων.

⁷ Quare * veluti senatus ei homini, q.] Sublata quidem voce velut sensus erit non incommodus: sed cum eam mordicus libri omnes retineant, desiderari hic videntur nonnulla. Potest scribi, *quare, velut dixi, s.* sed cogitemus amplius. Puteani codd. alter habet, *velit*; alter, *veliti*.

SALMASIUS.

¹ Attamen militaris tribunus fuit.] Locus hic interpolatus in veteri co-

Tom. II.

dice à manu mala & recenti, nec potui divinare quid prius scriptum fuerit. crasa enim penitus lectio antiqua, & in ejus locum hæc quæ nunc editiones occupat, reposita. de qua hoc tantum possum dicere, mendosam mihi videri, nec sine exemplaris vetusti auxilio emendari posse. pro illo attamen apparet adhuc in veteri codice scriptum ac ita. reliqua proflus abolita ac deleta.

² Pescennia Marcellina.] Pal. Pescennia Marcellina. melius.

³ Quæ illum filii loco susceperat, & aluerat.] Quæ illum filii loco suscepit & aluit.

⁷ Quare veluti senatus ei homini quod non licebat.] Ita etiam Palatinus. multæ mihi sunt ad manum conjecturæ. sed cum earum nulla mihi satisfaciat, non visum est eas heic adscribere, quas ipse non probarem.

GRUTERUS.

⁴ Et deinceps Græciæ.] Palatinus Græciæ.

K

I Pultu

gnomen acciperet. ¹ Vultu gravissimus, & verecundus, statura procerus, ² corporis qualitate sanissimus, ³ moribus aspernabilis, attamen justus, ⁴ neque unquam

CASAUBONUS.

¹ *Vultu gravissimus & verecundus, st.]* Non congruunt gravitas & verecundia, magnumque discrimen est inter verecundum vultum, & tristem ac severum, qualis Pupieni fuit: quod & nummi antiqui testantur quos vidimus. sed potest *verecundus* aliter accipi, pro *cautus* & *cautus*, & *cautus*, qui aspectu suo pudorem aliis exprimeret. Ammianus Marcellinus libro XIV. *populi Romani nomen circumscriptum & verecundum.* ita scripta exemplaria Marcellini, non *verendum*. Sed praefata editiones habent hinc, & *retorridus*, quibus & Puteani alter codex assentitur. Plinii vox & aliorum veterum: cujus est hic honestissima translatio.

² *Corporis qualitate sanissimus.]* Scripti, *fortissimus*. mox, *corporis qualitate conspicuus*.

⁴ *Neque unquam usque ad exitum negotiorum vel inhumans vel inclemens.]* Id est, qui in nullius unquam necem duraret, ut loquitur Tacitus de Augusto.

GRUTERUS.

¹ *Vultu gravissimus & retorridus, etc.]* Non ausus sum rejicere descriptionem vet. edd. & aliquot manuscriptorum, in quibus & Palat. medietatis impressi, *gravissimus & verecundus*. quod spernunt tam praecedentia, quam sequentia.

² *Corporis qualitate sanissimus.]* Sic quoque Pal.

SALMASIUS.

¹ *Vultu gravissimus & verecundus.]* Minime convenit in hominem severum ac tetricum, & quod magis ad rem facit, militarem, ista vultus verecundia. bene itaque libri omnes legunt: *vultu gravissimus & retorridus*. multis supra exposuimus hanc vo-

cem *retorridus*. vultus *retorridus* est strictus & contractus, & caperatus, & rugis striatus ad eum modum quo solent esse quæ ab igne, vel à sole fiunt: *retorrida*. hinc & *retorridus* pro *severo*, vel ad severitatem composito. nam ita vultum solent contrahere, & caperare qui severitatem adfectant, & graves videri volunt. *stricta* frontem Latini dixerunt contractam & rugis asperatam, *retorridamque*. Petronius:

*Quid me cum stricta spectatis fronte
Catones?*

Apuleius: *strictam frontem gerens*, ita enim libri. vulgatae editiones: *strictam*. sic *stricta tunica* Hieronymo quas Graeci *σολιδωτός* vocant. *σολιδωτός* enim sunt rugæ & plicaturæ vestium. de quibus nos alibi. hinc *stricta mentes* pro *severis & tetricis*. Manilius:

— & strictas pondere mentes.

& *stricti Catones* eidem:

— nec crede severe

*Frontis opus signo, strictos nec crede
Catones.*

at *stricti* de avaris & sordidis alia ratione dicuntur apud Firmicum. nam *stricti* opponuntur *largis & liberalibus*. male vir summus, *strictos* *severos*, & *strictos* *avaros* eadem ratione ac significatione fuisse dictos putavit; sed de his alibi. *retorridus* igitur *vultus* hoc loco, *strictus* est & *caperatus*, tristitiamque & severitatem, ac morositatem ostentans. *retorridas* Gallorum *mentes* supra habuimus, pro *asperis ac difficilibus*, & *refractariis*, & *retorridos* *gilbos*. vide omnino quæ ibi notavimus.

³ *Moribus aspernabilis.]* *Aspernabilis*, id est *contemptor*, ut de Maximiano dixit. ita enim usi sunt istiusmodi verbis tunc temporis scriptores. *aspernabilis* qui facile aspernatur: *docibilis*, qui docet, non qui docetur: *expectabilis*.

quam usque ad exitum negotiorum vel inhumanus vel inclemens. Rogatus semper ignovit, nec iratus est nisi ubi eum irasci decuit. Factionibus se nunquam præbuit, iudicii tenax fuit, neque aliis potius quam sibi credidit. Quare & à senatu multum dilectus est, & à populo timori habitus: siquidem sciebat populus ejus censoriam præfecturam, quam videbat posse in imperio vehementius convalescere. BALBINUS nobilissimus, & iterum cos. rector provinciarum infinitarum. Nam & Asiam & Africam & Bithyniam, & Galatiam, & Pontum, & Thracias, & Gallias civilibus administrationibus rexerat, ducto nonnunquam exercitu: sed rebus bellicis minor fuerat quam civilibus; attamen bonitate, nimia sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat. Familiæ vetustissimæ (ut ipse dicebat) à Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompejum civitatem meruerat, quum esset suæ patriæ nobilissimus, idemque historiæ scriptor. Statura æque procerus, corporis qualitate conspicuus, in voluptatibus nimius, quam quidem adjuvabat divitiarum abundantia; nam erat à majoribus dives, & multa hereditatibus per se ipse collegerat. Eloquentia clarus, poëmate inter sui

bilis qui expectat, non qui expectatur: opinabilis qui opinatur: & infinita ejusmodi, quæ nos alibi exemplis alatis stabiliemus. nunc enim prope-ramus.

CASAUBONUS.

1 *Quam sibi credit.] Credidit.*
 2 *A Balbo Cornelio Theophane originem ducens.]* Theophanes Mitylenæus amicitia Pompeji & scriptione historiæ magnam olim famam meruerat: floruitque ejus domus Romæ sub Augusto, & Tiberio etiam aliquandiu. nam adhuc cum Strabo librum XIII. scribebat, Marcus Pompejus Theophanis F. inter primos Tiberii amicos censebatur. sed exercuit tan-

dem savitiam suam in hujus sobolem Tiberius, ut narrat Tacitus libro sexto Annalium.

3 *Statura æque procerus.]* Reg. delet vocem *æque*. quam retineo cum aliis libris: nam respicit illa superiora de Maximo, *vultu graviss. statura procerus.*

4 *Multa hereditatibus per se ipse collegerat.]* Scriptus heres à multis amicorum: quod apud veteres honoris habitum; eoque nomine gloriatur Cicero.

5 *Poëmate inter sui temporis poetas præcipuus.]* Ita scripti omnes: sequentia autem verba, *præcipiti usu*, absunt à regio: sed servant Puteanci, & di-



fui temporis poëtas præcipuus: præcipiti usu¹ vini, cibi, rei Venereæ avidus, vestitu cultus: nec quicquam defuit² quod illum populo non commendabilem redderet. Amabilis etiam senatui fuit. Hæc de utriusque vita comperimus. Denique nonnulli quemadmodum Catonem & Cæsarem Sallustius comparat,³ ita⁴ hunc quoque comparandum putant, ut alterum severum, clementem alterum; bonum illum, istum constantem; illum nihil largientem, hunc⁸ affluentem copiis omnibus dicerent. Hæc de moribus atque genere. Decretis ergo omnibus imperatoris hono-

distinctione mutata jungunt cum præcipuus. & omnino male cohærent illis, vini, cibi, &c. referendum ad facultatem fundendi versus ex tempore. nam præcipitem usum appellat ἡ ἀποχρηστικὴ. non temere vulgatam hinc lectionem damnaverim, poëmate, i. s. t. poëtas plurima fecit, usu præcipiti.

SALMASIVS.

5 Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus. præcipiti usu vini.] Correctoribus acceptam referimus hanc lectionem, quæ si bona esset ac sincera, nunquam profecto ejus auctores extitissent. varie vexatus olim hic locus ab illo genere hominum. vetus codex habuit: poëmate inter sui temporis poëtas. præcipi: usu vini, cibi, venereæ avidus. hanc scripturam cum in suis ut apparet libris reperisset primæ editionis auctor, nec sanam judicaret, sic eam conatus est emendare: poëmata inter sui temporis poëtas plurima fecit. præcipiti usu vini, cibi, &c. alii deinde aliter. at nihil erat factu facilius quam illam veterem ac scriptam lectionem integritati suæ restituere, quæ parvo negotio ad hunc modum poterat emaculari: eloquentia clarus, poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus. vini, cibi, rei venereæ avidus. totius vitii causa hæsit in illis, præcipi usu. ex quibus præcipiti usu fecerant: nos

præcipuus fecimus. jube sis igitur illa verba capite protrusa hinc in præceptum dari.

GRUTERVS.

5 Poëmate inter sui temporis poëtas præcipuus. præcipiti usu. Vini, cibi, rei venereæ avidus.] Illud præcipuus natum à voce adfita sane Pal. habet à prima manu: poëmata inter sui temporis poëtas præcipiti usu. omnia recte, dummodo scribatur, poëmate. eidem tamen codici inventum calamo recenti: poëmata inter sui temporis poëtas plurima fecit, præcipiti usu; quomodo & retro vulgata.

1 Vini, cibi, rei Venereæ.] Pal. non habet voculam rei. bene, ut puto, certe juxta consuetudinem superiorum.

2 Quod illum populo non commendabilem.] Sic Palatin. nec novum illi sæculo, negativis duobus magis adfitemare.

3 Ita hunc quoque comparandum putarunt.] Ita Pal. non, ut vulgati, putant. præstaret præterea scribi, hos comparandos.

CASAUBONUS.

2 Quod illum populo non commendaret.] Dele negationem.

4 Hunc quoque comparandum putant.] Scrib. Hos q.

honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, jure proconsulari, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium. His gestis, celebratisque sacris, datis ludis scenicis ludisque circensibus, gladiatorio etiam munere, Maximus susceptis votis in Capitolio, ad bellum contra Maximinum missus est cum exercitu ingenti, prætorianis Romæ manentibus. Unde autem mos tractus sit ut proficiscentes ad bellum imperatores, munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hostes factam ut civium sanguine litato specie pugnarum se Nemesis, id est vis quædam fortunæ, fatiaret. Alii hoc literis tradunt (quod verisimilius credo) ituros ad bel-

1 Meruerunt imperium] Scripti, inierunt imperium. Post ista collocant scripti libri verba quæ supra indicavimus. Videtur interesse non multum utro potius loco sint collocata.

2 Nemesis, id est, vis quædam Fortune fatiaret.] Non est glossema: si statimus fide librorum. de Nemese præter Græcos, Ammianus Marcell. libro xiv.

SALMASIUS.

1 Meruerunt imperium. His gestis celebratisque sacris.] Hæc tandem sedem debent figere illa verba deerantia, quæ antea duobus non suis locis inculcata & insulta vidimus. nec enim aptiore loco queant quam hoc legi. hæc igitur sic continuanda sunt: decretis ergo omnibus imperatoribus honoribus atque insignibus, percepta tribunitia potestate, pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium: sed dum in Capitolio rem divinam faciunt, populus Romanus, imperio Maximini contradixit. timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatus acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant. quare factum est, ut diximus, ut Gordianum adolescentulum principem peterent qui statim factus est, nec prius

permissi sunt, ad palatium stipati armatis ire, quam nepotem Gordiani, Casaris nomine nuncuparent. His gestis celebratisque sacris, datu ludu senieu, circensibusque, &c. quod autem non multum interesse putant viri doctissimi utro potius loco collocentur, ego valde ab illis dissentio. nec enim posse in loco superiore hujus vitæ stare, paulo ante ostendimus. nisi autem hæc legantur, quo referas ista verba non habebis, his gestis celebratisque sacris. quibus facris aut quando celebratis? manifesto enim hæc pendunt ex illis, dum in Capitolio rem divinam faciunt. præterea verba illa, quam & senatus acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant, quæ in concione Maximini antea legabantur, huc revocanda censuimus & jungenda statim istis, timebant enim severitatem ejus homines vulgares, quam & senatus acceptissimam & sibi adversissimam esse credebant. quæ omnia nunc optime coherent, antea vero ita erant divulsa dissipataque, & disjecta, ut lateri potius alicujus corporis membra, quam corpus integrum viderentur.

GRUTERUS.

1 Inierunt imperium.] Sic & Palat. & alii mss. vulgg. meruerunt.

K 3 1 De-

bellum Romanos ¹debuisse pugnare videre, & vulnera ²& ferrum, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Et Maximo quidem ad bellum profecto, Romæ prætoriani remanserunt. ³ Inter quos & populum tanta seditio fuit ut ad bellum interstinum veniretur, urbis Romæ pars maxima incendiaretur, templa fœdarentur, omnes plateæ cruore polluerentur, ⁴ quum Balbinus homo senior seditionem sedare non posset. Nam & in publicum processit, manus singulis quibusque tenuit, & pene ictum lapidis passus est. ⁶ Alii dicunt etiam fuisse ⁷ percussum esse, ⁸ neque sedasse tumultum nisi infantem Gordianum

¹ Debuisse pugnare videre & vulnera & ferrum & nudos inter se cœnantes, ne in bello, &c.] Lectio partim à Palat. partim à Puteani codd. nam Pal. profecto abjicit vocem *dimicantes*, habetque, & ferrum & nudos inter se cœnantes, nec in bello, &c. prius legebatur, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello, &c.

⁴ Cum Balbinus homo lenior seditionem sedare non posset.] Est à Pall. illud homo lenior, cum antea esset, homo senior.

⁷ Percussum esse, neque sedasset tumultum, &c.] Expressi quod erat in Palatino. editi enim perperam: percussum esse, neque sedasse tumultum.

CASAVBONVS.

² Et ferrum, & nudas inter se cohortes.] Fortasse, & ferrum nudantes inter se cohortes. id est, nudato ferro & micante acie pugnantem. alibi notabamus Romanos milites arma habuisse resecta; quæ ad pugnam nudabant. Sed assentiamur Puteano, qui emendabat ex vestigiis scriptæ lectionis, & nudos inter se cœnantes.

⁵ Nam & in publicum processit, & p.] Mirè titubat tota hæc Capitolini narratio. experat dicere de iis quæ acciderunt Maximo contra Maximum profecto: nunc tamen redit ad

purpura tempus illud quo ambo erant in Urbe imperatores. sed rerum seriem involvit, obscuratque. facem pete ex Herodiano.

⁸ Neque sedasse tumultum, n.] Sedasse pro sedaturum fuisse. sed historiam confundit aliud agens. duæ temporibus illis fuerunt Romæ seditioes: prior eademque minus periculosa, quæ producto puero Gordiano & Cæsare facta, sedata est; altera longe gravissima, aliquanto post accidit. confer com Herodiano.

SALMASIUS.

³ Inter quos & populum tanta seditio fuit.] Inter quos eo populi tanta seditio fuit. ita Palatinus. quod tamen non assequor, nec sequor etiam.

⁴ Cum Balbinus homo lenior seditionem sedare non posset.] Melius in Palatino: cum Balbinus homo lenior. dixit ante de lenitate Balbini: attamen bonitate nimia, sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat.

⁶ Alii dicunt etiam fuisse percussum esse.] Et pene ictum lapidis passus est, ut alii dicunt etiam fuisse percussus est, neque sedasset tumultum, &c. ita Palatinus hæc concipit.

⁸ Neque sedasse tumultum.] Volunt sedasse heic pro sedaturum esse, sane ego nolo.

purpuratum ad populum longissimi hominis collo superpositum produxisset. Quo viso, populus & milites usque adeo placati sunt ut amore illius in concordiam redirent. Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est, ¹ merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximinum in Africa vitam finierant. ² tantum apud Romanos memoria bonarum rerum valet. Maximo igitur ¹⁰ ad bellum profecto, senatus per omnes regiones, consulares, prætorios, quæstorios, ædilitios, tribunitios etiam viros misit: ita ut unaquæque civitas frumentum, arma & propugnacula & muros pararet, ut per singulas urbes Maximinus fatigaretur. ³ Jussum tunc tamen ut omnia ex agris in civitates colligerentur, ne quid hostis publicus inveniret. Scriptum est præterea ad omnes provincias missis frumentariis, jussumque ut quicumque Maximinum juvisset, in hostium numero duceretur. Inter hæc Romæ iterum seditiones inter populum & milites ortæ sunt. ⁴ Et quum edicta Balbinus proponeret, nec audiretur, veterani se in castra prætoriana contulerunt cum ipsis prætorianis, quos cœpit populus obsidere: nec unquam ad amicitiam essent

redu-

nolo. nam addita littera legere malim: manus singulis quibusque tenuit, & pæne ictum lapidis passus est: alii dicunt etiam fuisse percussus esse: neque sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum purpuratum hominis collo superpositum produxisset.

¹ Merito avi & avunculi, seu patris, ut quidam dicunt. Absunt hæc verba primæ editioni Palatinoque libro: seu patris ut quidam dicunt. quæ & possunt abesse. nam illa plurimum fuit opinio, quam & solam ideo heic ponit Capitolinus: Gordianum nempe hunc tertium, nepotem fuisse senioris Gordiani ex filia, atque ita avum senioriorem Gordianum, avunculum vero juniorem habuisse qui in Africa occisus est. initio hujus vitæ: hic na-

tus est ut plures asserunt, ex filia Gordiani: ut unus aut duo, nam plures invenire non potui, ex filio qui in Africa peritit.

CASAUBONUS.

² Tantum apud Romanos memoria bonarum rerum valet.] Carphyllides:

— ἡ ἴα δικαιοῦς
 Ἀνδρῶν εὐσεβῶς σὺν ἀπέλαθε
 χίεσι.

³ Jussum tunc tamen &c.] Tamen pro etiam, vel πάλιν. sic saepe.

⁴ Et cum illis edicta Balbinus proponeret, n.] Herodianus: ὁ δὲ Βαλβίνος οὕτως ἔειπεν Ἀγριππῆσι τε πρεσβυτέροις. Capitolinum legisse non dubito, Ἀγριππῆσι. idque melius.

K 4 I Nis

reducti, ¹ nisi fistulas aquarias populus incidisset. In urbe autem priusquam dictum esset milites pacatos venire, & tegulæ de tectis jactæ sunt, & omnia quæ in domibus erant vasa, projecta. atque ideo major pars civitatis periit, & multorum divitiæ. Nam latrones se militibus miscuerunt ² ad vastanda ea quæ norant ubi **II** reperirent. Quum hæc Romæ geruntur, Maximus five Pupienus ad Ravennam bellum parabat ingenti apparatu, timens vehementissime Maximinum: de quo sæpissime dicebat, se non contra hominem, sed contra Cyclopem bellum gerere. Et Maximinus quidem apud Aquileiam ita victus est ut à suis occideretur: caputque ejus & filii perlatum est Ravennam, quod à Maximo Romam transmissum est. Non tacenda hoc loco devotio est Aquileiensium pro Romanis, ³ qui etiam crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur. ⁴ Tantum sane lætitiæ fuit in Balbino qui plus timebat, ut hecatomben faceret, statim ut Maximini caput allatum est. ⁵ *Hecatombe* autem tale sacrificium est: centum aræ uno in loco cespititiæ extruuntur, & ad eas centum fues, centum

OVES

¹ Nisi fistulas aquarias populus incidisset.] Herod. πᾶν τὸ ὕδωρ τῆς ἑλλάδος εἰς ἑτέροις ῥεῖθροις μεταχέουσιν, ἐκκρίνοντες καὶ εἰσφροῦντες τὰς εἰς τὸ στραπέδον εἰσόδους αὐτῶν.

² Ad vastanda ea quæ norant ubi reperirent.] Verbi gratia: qui norant ministerium argenteum magni pretii esse in ædibus hujus aut illius consularis, eo impetum faciebant: & ita in cæteris.

³ Qui etiam crines mulierum.] In extremo libro de Maximinis dictum idem. cur hinc repetit?

⁴ Tantum sane lætitiæ fuit in Balbino qui plus timebat, ut hecatomben faceret.] In Maximinis: Balbinus autem timidior natura, & qui cum Max. vide reliqua.

⁵ Hecatombe autem tale sacrificium

est] Uberius ista Græcorum grammatici ad primum Iliadis. Romanos publice privatimque fecisse hecatombas non raro, ex Flavii Vopisci Tacito est cognoscere. neque solum hecatombas, sed & chiliombas artis admovebant. ut in Martyrologiis, de Artemio: πλείονα γὰρ ἢ σύμπαντες τοῖς ἄλλοις ἀζάλευσεν ἡ ἐροῦσα τῶν θεοπέλων, χηλιόμβας ὅλας ἐξ ἐκείνης ἡμέρας ἡνάμειν αὐτῶν.

GRUTERUS.

³ Crines mulierum pro nervis ad sagittas emittendas totondisse dicuntur.] Verbum totondisse non est in Pal. nisi à scriptura recentissima. an fuit? crine usi mulierum pro nervis ad sag. emittendas dicuntur.

I Nemo

oves mactantur. ¹ Nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, ² & cætera hujusmodi animalia centena feriuntur. ³ Quod quidem etiam Græci quondam fecisse dicuntur quum pestilentia laborarent: & à multis imperatoribus id celebratum constat. His igitur peractis Balbinus cum ¹² summa gratulatione Maximum redeuntem è Ravenna cum exercitu integro & copiis expectabat. Siquidem Maximinus ab oppidanis Aquileiensibus, & paucis qui illic erant militibus, ⁴ ac Crispino & Menophilo consularibus, qui à senatu missi fuerant, victus est. Ipse autem Maximus Aquileiam idcirco accesserat, ut omnia tuta & integra usque ad Alpes relinqueret: ac si quæ essent Barbarorum qui Maximino faverant reliquæ, compesceret. Missi sunt denique ad eum legati senatores xx. quorum nomina sunt apud Cordum: (in his consulares IIII. prætorii VIII. quæstorii VIII.) cum coronis & senatusconsulto, in quo ei statuæ auratæ equestres decernebantur. Ex quo quidem Balbinus subiratus est, dicens, ⁵ Maximum minus quam eum laborasse, quum ipse domi tanta bella com-

pres-

SALMASIUS.

¹ Nam si imperatorium sacrificium sit.] Lege: jam si imperatorium sacrificium sit. hecatombe, inquit, tale sacrificium est, cum centum sues, centum oves mactantur. jam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ solent mactari.

² Et cetera hujusmodi animalia centena feriuntur.] Centena feriunt. P. & v. ed.

⁴ Ac Crispino ac Menophilo consularibus.] Pal. & v. edit. Melophilio. scribe Menophilio. sic enim in vita Gordiani tertii scribitur.

GRUTERUS.

¹ Nam si imperatorium.] Est à Palatino. quippe minus bene edd. nam.

⁵ Maximum minus quam eum laborasse.] Vox enim non est in Palatin. nisi inter lineas recenter positum,

habetque textus elaborasse. an fuit, quam se laborasse.

CASAUBONUS.

³ Quod quidem etiam Græci quondam fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent.] An alludit ad Homeri versum?

Εἶτ' ἀρ' ὄγ' ἀρχαλῆς ἐπιμέμερε
εἰδ' ἐκκαθάρσας.

nam propter pestilentiam hæc dicuntur. sed & in vera historia plura exempla.

⁵ Maximum minus quam eum laborasse, c.] Eum pro se posuit. sed non ita scripsisse arguunt regius & Put. ex quibus scribe, M. non magis quam se lab. Sic tamen sæpe in his libris; ut statim: mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præsidium mitteret. id est, sibi præf. m.

pressisset, ille autem otiosus apud Ravennam resedisset. ¹ Sed tantum valuit bellum Maximo quia profectus est contra Maximinum, ² ut etiam victoria decerneretur, quam impletam ille nescivit. Exercitu igitur suscepto Maximini, ad urbem cum ingenti pompa & multitudine Maximus venit, mœrentibus militibus quod eum imperatorem quem ipsi delegerant, perderant, & eos habebant quos senatus legerat. ³ Nec dissimulari poterat mœror, qui in frontibus apparebat singulorum: & jam quidem nec verbis abstinebatur: ⁴ quamvis Maximus & apud milites sæpe dixisset, oblivionem præteritorum esse debere, & ⁵ stipendia magna

¹ Sed tantum valuit bellum Maximo q.] Non bellum, sed velle legitur in regio. & placet tantum ea lectio, quantum vulgata displicet. etsi, inquit, verum erat quod Balbinus dicebat, non plus Maximum quam se ad victoriam contulisse; quia tamen difficillimo Reip. tempore profectus erat Maximus contra Maximinum, tantum valuit ejus velle, tantique ejus voluntas egregia æstimata est, ut partam victoriam omnes illi acceptam ferrent: licet Ravennæ sedens nihil de iis quæ ad Aquileiam gererentur resciverit; nisi post rem confectam, cum de cæde Maximinorum allatus ipsi fuit nuntius.

² Ut etiam victoria decerneretur.] Lego, ut etiam victoria ejus crederetur.

³ Nec dissimulari poterat mœror, qui in frontibus apparebat singulorum.] Her. οἱ μὲν τοὶ στρατιῶται διοίδεινον τοὺς ψυχῆς. Lege cætera.

⁴ Quamvis Maximus & apud milites sæpe dixisset oblivionem præteritorum esse debere.] Maximi verba sunt in concione apud milites: μηδὲ τις ὑμῶν αἰεὶ ὡς ἴπερ παλαιῶν εἶναι πῶς μνήμῳ, εἴτε ὑφ' ὑμῶν, (ita scribendum, non ἡμῶν) ἀμελῶς ὄντες γὰρ, εἴτε ὑπὸ Ρωμαίων, ἢ ὑπὸ ἄλλων ἐθνῶν, οἱ ἀδικήματα ἀπίστησαν, ἀλλὰ γὰρ ἔγωγε πῶς

των ἀμνησία.

⁵ Stipendia magna donasset, c.] Herodianus, τομῆς τε χρημάτων μεγάλῳ φθῶνως αὐτοῖς ἐπαγγελίας. stipendium pro donativo positum nove. nam aucta fuisse stipendia non est probabile.

SALMASIUS.

¹ Sed tantum fuit bellum Maximo.] Mendosa lectio quæ nata est ex vitiosa scribendi consuetudine, belle pro velle. nam ita hoc loco præferunt libri scripti editique veteres: sed tantum valuit belle Maximo, quia profectus est contra Maximinum, ut etiam victoria decerneretur. belle pro velle, quomodo jam recte emendavit ex suis libris doctissimus quondam Casaubonus.

GRUTERUS.

¹ Sed tamen valuit velle Maximo.] Sic codex regius, nec diverit Pal. quam quod is, sed tamen valet belle ut Max. inde ortum vulgatum, valuit bellum. porro si sequenda sunt vestigia Palatina, reponendum erit: Sed tantum valuit velle, ut Maximo, quia profectus est contra Maximinum, etiam victoria decerneretur. sicque ausus sum reponere in contextum.

gna donasset, & auxilia in ea loca quæ delegerant, dimisisset. *Sed animi militum semel imbuti odio, refrinari nequeunt.* Denique quum audissent senatus acclamationes quæ milites tangerent, acriores contra Maximum & Balbinum extiterunt, secum quotidie cogitantes quos imperatores facere deberent. Senatuscon-

13

sulti autem quo moti sunt, hæc forma est: Quum ingredi-
 urbem Maximo Balbinus & senatus & populus Rom. obviam processissent, acclamationes primum publicæ fuerunt quæ milites contingerent: inde in senatum itum est: ubi post illa quæ communia solent esse festa, dictum est, *Sapienter electi principes sic agunt, per imperitos electi principes sic pereunt:* quum constaret à militibus factum esse Maximinum, Balbinum autem & Maximum à senatoribus. His auditis milites gravius sævire cœperunt in senatum, præcipue qui sibi triumphare de militibus videbatur. Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente senatu & populo Rom. regerant: senatui plurimum deferebatur: leges optimas condebant moderate, causas audiebant, res bellicas pulcherrime disponebant. Et quum jam paratum esset

ut

CASAUBONUS.

1 Et auxilia in ea loca quæ delegerant dimisisset.] Auxilia dimisit in suam quemque patriam; milites legionarios in sua castra. Herod. τὸ στρατιωτικὸν ἀπέπεμψεν ἐς τὰ ἑθνη καὶ τὰ οἰκίαια στρατοπέδων.

2 Sed animi militum semel imbuti odio, refrinari nequeunt.] Ammianus Marcellinus libro XIV. miles coalito more in ordinarias dignitates asper semper & savus.

3 Quæ communia solent esse festa.] Vel fausta. ἄφημοι. at festa proprie sunt ἐφορῶντων, non ἄφημευτων.

4 Per imperitos electi principes sic pereunt.] Scripti, per milites, per imperitos. sed glossam esse cenfeo.

6 Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione regerant.] Ex Herod. hoc quoque. ἤρχον ἃ ἄλλοις τὴ πόλει καὶ πύσσης ἀρχίας, τε καὶ ἀγορίας, ἰδίας τε καὶ δημοσίας πυνάχης ἀφημευτοι.

GRUTERUS.

3 Quæ communia solent esse festa, dictum est.] Sublata dictione festa, manserit tamen sententiæ suæ vigor.

SALMASIUS.

5 Gravius sævire cœperunt in senatum, præcipue.] Distingue: gravius sævire cœperunt in senatum præcipue qui sibi de militibus triumphare videbatur.

1 Milites

ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romæ remaneret, milites occasionem quærentes occidendorum principum, quum primo vix invenire possent, quia Germani stipabant Maximum atque Balbinum, quotidie ingravescebant. Et erant quidem discordiæ inter Balbinum & Maximum, sed tacitæ & quæ intelligerentur potius quam viderentur: quum Balbinus Maximum quasi ignobilem contemneret, Maximus Balbinum quasi debilem calcaret. Quare occasio militibus data est intelligentibus facile discordes imperatores posse interfici. Ludis denique scenicis quum multi & milites & aulici occupati essent, & in Palatio soli cum Germanis principes remansissent, impetum in eos fecerunt. Turbantibus igitur militibus quum nuntiatum primum esset Maximo, turbam illam tempestatemque vix evadi posse nisi ad Germanos mitteretur, & forte in alia parte Palatii Germani cum Balbino essent, mittit ad Balbinum Maximus, petens, ut ei præsidium mitteret. Sed ille suspicatus quod contra se eos peteret,

GRUTERUS.

¹ Milites occasionem quærebant.] Sic & Pal.

² Quotidie ingravescebant.] Et ita quoque Pal.

CASAUBONUS.

² Quotidie ingravescebant.] Α' εἰς τὸ μῦλλον ἑστάρην. quo verbo hic usus Herodianus. In regio paullo ante pro quærentes habetur quærebant. scribebam igitur, milites oc. quærebant occidendorum principum: cumque primo vix in p. q. G. f. m. a. B. quotidie odia ingravescebant.

³ Ludis denique scenicis, cum multi & milites & aulici occupati essent, & in Palatio soli cum Ger. principes remansissent.] Ludos scenicos appellat agonem Capitolinum. Herodianus, ἐπιτελευτῆς ἢ ἀγῶντος ἢ Καπιτωλίων,

πάντων τε αὐτῶν τῶν πινύχων καὶ τῶν θεῶν ἀχολεμῶν, αἰφνιδίως δὲ εἶχον γνάμιν λαοθάρασον ἐξέφωσαν. Erat hoc certamen, ut scribit Suetonius, triplex, musicum, equestre, gymnicum. quod igitur de scenicis ludis ait Capitolinus, ita accipi debet, ut intelligamus in plures dies tributos fuisse ludos Capitolinos, vel, ut Græci vocant, τὰ Καπιτωλίων. die autem illo quo perierunt Maximus & Balbinus, musicos & scenæ artifices certasse. Atque hic agone quadragessimus numeratus est, ut scribit Censorinus: qui eo anno librum de die natali ad Cerellium misit.

SALMASIUS.

⁴ Sed ille suspicatus est quid contra se eos peteret, quem putabat monarchiam velle.] Aliter hæc scripta feruntur in libro

teret, ¹ quem putabat monarchiam velle; primum frustratus est, deinde usque ad litem perventum est. ² In hac tamen seditione illis contendentibus milites supervenerunt, ³ atque ambos eos nudatos vestibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt, & per mediam civitatem ad castra raptare voluerunt, ⁴ magna ex parte laniatos. ⁵ Sed ubi compererunt Germanos ad defensionem illorum supervenire, ambos occiderunt, & in itinere medio reliquerunt. ⁶ Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus, imperator est appellatus, id est Augustus, ⁷ quia non erat alius in præsentibus

libro Palatino, hoc nempe modo: quem postulabat Monarchiam. forte legendum: sed ille suspicatus, quod contra se eos peteret, qui postulabat Monarchiam, primum frustra us est, deinde ad litem perventum est. Balbinus qui suspicaretur contra se peti milites Germanos ab eo qui vellet imperare, frustratus est ejus petitionem. hanc esse veram lectionem arbitror.

GRUTERVS.

⁵ Quod contra se eos peteret, quem putabat monarchiam velle.] Verbum velle non est in Pal. nec pronomen se; habetque postulabat pro putabat. aliquid subest vitii occulti.

CASAUBONUS.

¹ Quem putabat monarchiam velle.] Uterque illorum imperium ad se traherat, ut solus imperaret. retinuit vocem Herodiani, ἀπὸ οἰασθῆς μεταρχίας ἐπιθυμία, καὶ τὸ ἀνεγνώστην ἐν τοῖς ἐξήσιας, ἐστὶς ὁ αὐτὸν πλὴν δυνάμει ἀνθέλκας.

² In hac tamen seditione illis contendentibus, m.] Liber Puteani, contradictione, pro seditione: quod probo. tamen, ut sæpe, alieno loco positum.

³ Atque ambos eos nudatos vestibus regalibus, de Palatio cum injuriis produxerunt.] Contrarium dicit Herod. ex quo tamen historiam sumit Capitolinus: neque enim in regalibus vestibus, sed domesticis ac vilibus esse

deprehenso. ἀπειρήξαντες ἢ αἰετῶν αὐτῶν τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιπῶς, ἀπὸ οἰαθῆς ἀφαιρόντες, γυμνὸς τῆ βασιλείᾳ αὐτῶν ἐξέλκας (ὡς μὲν παλαιὸς αἰσχύνης καὶ ὑβρεως.

⁴ Magna ex parte laniatos.] Ἡ δὲ πᾶσι τὸ σώμα λελωσθηρῶδες.

⁶ Inter hæc Gordianus Cæsar sublatus à militibus imperator est appellatus, id est Augustus.] Sublatus, nempe de ædibus suis in castra pratoria. neque enim referam ad morem elevandi super scuto eos quibus deferretur imperium. Herodianus unde hæc dixit, ἀφαιρούμενος τῆ Γορδιανόν: quæ non aliter accipienda. illa, id est Augustus, non sunt apud Herod. & possent abesse, nisi retinerent libri veteres.

⁷ Quia non erat alius in præsentibus.] Herod. ἐπειδὴ αὐτῶν τὸ παρὸν ἄλλου ἔχον ὄρον.

⁸ Insultantibus militibus senatui & populo.] De senatu verum est: de populo videtur male accipere Herodiani verba: βοῶντες αὐτῶν δῆμον ὅτι ἀρετὴ εἴησαν ἀπεπλοῦτος ἐς ὃ δῆμον ὅσον ἐβλάτε ἐν δρχῆ ἀρεταί. quæ oratio est blandientium populo, & gratiam illius captantium potius, quam insultantium.

SALMASIUS.

⁵ Sed ubi compererunt Germanos.] Sed ubi comperierunt, Pal.

I Occisus

tantibus militibus senatui & populo, qui se statim in castra receperunt. Germani sane ne sine causa pugnant, ¹ occisis imperatoribus suis, ² extra urbem ubi suos habebant, se contulerunt. Hunc finem habuerunt boni imperatores, indignum vita & moribus suis. Nam neque Maximo sive Pupieno fortius, neque Balbino benignius fuit quicquam: ³ quod re ipsa intelligi potest. Neque enim quum esset potestas, malos senatus eligeret. Huc accedit quod multis honoribus ac potestatibus explorati sunt, ⁴ quum alter bis cos. & praefectus, alter cos. & praefectus, ⁵ ad imperium longævi pervenissent, ⁶ amabiles senatui, & populo etiam, quia Maximinum

¹ *Occisis imperatoribus suis.*] *Occisis jam imperatoribus suis.* Pal.

³ *Quod re ipsa intelligi potest.*] *Quod in re ipsa intelligi potest.*

⁵ *Ad imperium longævi pervenissent, amabiles & senatui & populo.*] Partem hunc locum emendavit vir doctissimus, partem inemendatum reliquit. ut totus igitur emendatus legatur, sic rescribo: *quum alter bis consul & praefectus, ad imperium longævi pervenisset, amabilis senatui, & populo etiam, qui Maximinum jam leviter pertimescebat.* quam lectionem sola conjectura ejuimus. de Balbino sermo est, qui senatui populoque amabilis, cum Maximus solo senatui gratus acceptusque esset. pertimescebat enim populus Maximi severitatem, quam & sibi adversam esse credebat. quod cum verum sit, qui possit esse vera vulgata scriptura?

GRUTERUS.

¹ *Occisis jam Imperatoribus suis.*] Sic Pal. interjecto adverbio, quod aberrat.

⁴ *Cum alter bis Consul & praefectus, alter Consul & praefectus ad imperium.*] Sic nulla litera minus codex Palatinus.

CASAUBONUS.

² *Extra urbem ubi suos habebant.*] Herodianus εἰς τὴν ἐκωτῆραν καὶ ἀγροῦν, sequens quoque periodus inde est pæne ad verbum translata.

³ *Quod re ipsa intelligi potest.*] Scribitur ex re ipsa potest int. ut in vet.

⁴ *Quum alter bis Cos. & praefectus, alter Cos. & praefectus ad imper. pervenisset.* In regio, bis Cos. & praef. Urbis: al. bis Cos. fuerat Balbinus: praefectus Urbis Maximus: sed falsum est, aut Balbinum fuisse praefectum, aut Maximum Consulem: quorum tamen utrumque affirmat hæc scriptura. Scribendum aio: *cum alter bis Cos. praefectus Urbis alter, ad imperium longævi pervenissent.* reliquis verbis expunctis.

⁶ *Amabiles senatui, & populo etiam, quia Maximinum jam leviter pertimescebat.*] Ridicula lectio: nam Maximinus pridem extinctus. Scribendum omnino ut in regio & Puteani: *& populo, qui jam Maximinum leviter pertimescebat.* initio cum delatum imperium Maximo, memor populus qua severitate urbanam praefecturam egisset, sibi ab eo metuit, & ejus detrectavit imperium: sed jam mitiorem experti, quam speraverant, leviter eum timebant.

minum jam leviter pertimescebant. ¹ Hæc sunt quæ de Maximo ex Herodiano Græco scriptore magna ex parte collegimus. Sed multi non à Maximo, verum à Pupieno imperatore apud Aquileiam Maximinum esse victum dixerunt, & ipsum cum Balbino esse occisum, ita ut Maximi nomen prætereant. Tanta est autem historicorum ² inter se errantium imperitia, ³ vel usurpatio, ut multi eundem Maximum quem Pupienum velint dici, quum Herodianus ⁴ vitæ suæ temporum scriptor Maximum dicat, nos Pupienum: ⁵ quum & Dexippus ⁶ Græcorum scriptor, Maximum & Balbinum imperatores dicat factos contra Maximinum post Gordianos duos, & à Maximo victum Maximinum, non à Pupieno. His accedit alia scriptorum imperitia qui ⁷ præfectum prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt, ⁸ ignorantibus multis collo sæpe vectum ut militibus

¹ Hæc sunt quæ de Maximo ex Her.] Dele auctoribus libris illa, de Maximo. neque possunt ferri.

² Inter se errantium.] Scribe, certantium. & ita scripti. frustra dici ista omnia à Capitolino, sapius jam monuimus.

³ Vel usurpatio.] Vox Latinorum criticorum: nam usurpata illis dicuntur, quæ sine priorum exemplo aut contra analogiam sive usum, magni scriptores interdum sibi volunt licere. Frequens vox apud Servium Honoratum: apud quem usurpatio & ars sive ratio opponuntur. ut in primum Æneidos: Non enim sunt arcis ista, sed usurpationis, qua metri causa utuntur poetæ. & in primum Georg. Et ab eo quod est vomer, & ab eo quod est vomis, vomeris facit: sed rationis est, ut vomer: nam vomis usurpatum est. Eleganter igitur Capitolinus hoc loco, cum magnis scriptoribus imperitiam objecisset, velut revocans asperius verbum, vel, inquit, usurpatio.

⁴ Vita sua temporum scriptor.] Tāv

ταὴν αὐτῶν ζωογραφίαν, sive ζωογραφίαν.

⁵ Cum & Dexippus Græcorum scriptor.] Melius scripti, Græcus ser.

⁷ Præfectum prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt.] Ita historiam narrat Aurelius Victor Schotti.

GRUTERUS.

¹ Hæc sunt quæ ex Herodiano.] Obsequutus sum membranæ à Casaubono excussis. nam nostræ adsentiebantur vulgato: Hæc sunt quæ de Maximo ex Herodiano.

² Inter se certantium imperitia.] Est rursus ab iisdem membranæ. nam Palatinæ. errantium, ut vulgati.

⁶ Græcus scriptor.] Sic quoque eadem. nostræ enim Græcorum, ut vulgg.

⁸ Ignorantibus multis, collo sæpe, &c.] Conjeci aliquando, ignorantibus nullis. sed forte distinguendum, ignorantibus, multis collo, &c. ut velit, eosdem ignorasse, sæpe Gordianum multorum collo infedisse, quasi puerulum.

a Impe-

litibus ostenderetur. ¹ Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno, quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium; ut alii per biennium. ² Nec reticendum est quod Maximus, quum & sibi & Balbino deferretur iudicio senatus imperium, Balbino dixisse fertur, (¹ ut Herodianus dicit)

Quid tu Balbine, & ego merebimur, quum hanc tam immanem belluam exitio dederimus? Quumque Balbinus dixisset, Senatus populique Romani ferventissimum amorem & orbis terrarum: dixisse fertur Maximus, Vereor ne militum odium sentiamus, & mortem.

¹⁶ Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis, magna & potens, & ab ejus familia hucusque possessa. Maximus quem Pupienum plerique putant, ⁴ summæ tenuitatis, sed virtutis amplissimæ fuit. ⁵ Sub

his

CASAUBONUS.

¹ Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno.] Hoc verius quam quod legitur in libro de tribus Gordianis, biennio eos imperasse. Verum ea bonorum librorum hodie inopia est, ut neque horum imperium, neque Maximinorum, satis certo possimus definire: multo autem minus Gordianorum qui in Africa perierunt.

³ Ut Herodianus dicit.] Hæc non leguntur apud Herodianum: & Herodiani non esse ausim affirmare. A reg. cod. abest tota hæc narratiuncula.

⁵ Sub his pugnatum à Carpiis contra Mæsos fuit.] Carporum gens cum post Marci tempora diu quietem coluisset, hac tempestate iterum Romano imperio cepit esse molesta. Narrat eorum motum Zosimus: sed in Philippi rebus, non istorum, neque Gordiani tertii, qui his successit. Descriptus est viris doctis hujusmodi nummus: IMP. PHILIPPVS AVG. VICTORIA. CARDICA. sed scribendum, CARPICA.

SALMASIUS.

² Nec reticendum est quod Maximus.] Totam hanc narrationem ut spuriam & supposititiam esse mihi perindeam, faciunt veteres codices, Palatinus & editio prima, à quibus non agnoscitur. sed nec apud Herodianum, qui tamen heic auctor citatur, ejus rei vola aut vestigium extat. verba illa, *militum odium sentiamus & mortem*, vix satis Latina videntur, & stilum mihi olent monachalem. auctoribus igitur libris, omnibus illis omissis, sic erit continuatim scribendum: *quum Maximinus imperasset cum filio, ut quidam dicunt, per triennium, ut alii, per biennium. Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in carinis.*

⁴ Summæ tenuitatis.] Ignobilitatem eum generis splendore virtutis illustrasse supra dixit. Balbinus Maximus quasi ignobilem, Maximus autem Balbinum, ut debilem contempsisse paulo ante dicitur.

GRUTERVS.

² Nec reticendum est, &c.] Istæ sequentia, usque ad capituli finem, absunt aqve Palatino codici quam Regio.

1 Quem

his pugnatum à Carpis contra Mœsos fuit, & Scythici belli principium, & Histricæ excidium eo tempore: ut autem Dexippus dicit, Histricæ civitatis. Dexippus Balbinum satis laudat, & dicit forti animo militibus occurrisse, atque interfectum: ut mortem non timeret, quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximinum vero negat ejusmodi virum fuisse qualem Græci plerique dixerunt. ² Addidit præterea contra Maximum Aquileiensem odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcubus nervos facerent, atque ita sagittas emitterent. Dexippus & Herodianus qui horum principum historiam persequuti sunt, Maximum & Balbinum fuisse principes dicunt, deletos à senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordianorum in Africa, cum quibus etiam puer, tertius Gordianus, electus est. ³ Sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non invenio, & cum Balbino Pupienum imperatorem reperio, usque adeo ut idem Pupienus cum Maximino apud Aquileiam pugnasse dicatur, quum memoratis historicis asserentibus, ne Maximus quidem contra Maximinum pugnasse doceatur, sed redisse apud Ravennam, atque illic patratam audisse victoriam: ut mihi videatur, idem

¹ *Quem omnibus disciplinis.*] Edd. quem in omnibus disciplinis. sed alterum se tuetur fide membranarum Pall.

CASAUBONUS.

² *Addidit præterea contra Maximinum Aq.*] Vox excidit quam servant Puteani codd. *Add. præterea tantum contr.* Atque hoc tertium jam repetitur. quæ autem subjiciuntur de Maximo & Pupieno, quoties antea sunt dicta?

SALMASIUS.

³ *Sed apud Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non invenio.*] Diximus aliquid in principio hujus vitæ de Maximi & Pupieni nominibus. & sciendum est, non novum hoc esse,

Tom. II.

ut Græci scriptores in imperatore aliquo nominando aliud, vel nomen, vel cognomen usurpent, aliud Latini, in eo præsertim qui plura nomina habeat. ut in hoc Maximo, quæ C. Maximus Clodius Pupienus vocabatur, Græci semper Maximi nomen arripuerunt, nec unquam aliter hunc imperatorem vocarunt: Latini vero omnes libentius *Pupienum* suo nomine. sic Marcum Verum Antoninum philosophum, nunquam alio nomine quam Marci solent Græci appellare: Latini vero fere semper Antoninus philosophus dicitur. possem & aliis aliquam multis exemplis id probare, nisi hæc sufficere crederem.

L

I SERVATI

17 idem esse Pupienus, qui Maximus dicitur. Quare et iam gratulatoriam epistolam subdidi, quæ scripta est à cos. sui temporis de Pupieno & Balbino, in qua lætatur redditam ab his latrones improbos esse Rempub. Pupieno & Balbino Augustus Claudius Julianus. Quum primum Jovis Opt. Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos Remp. à nefarii latronis scelere ¹ servandam reddendamque Romanis legibus, domini sanctissimi & invictissimi Augusti, ² quamquam nondum ex vestris literis, ³ sed tamen ex S. C. quod V. C. Celsus Ælianus collega transmiserat, comperissem: gratulatus sum urbi Roma, ⁴ cujus ad salutem estis electi: gratulatus senatui, ⁴ cujus pro judicio quod in vos habuit, reddidistis pristinam digni-

1 Servandam reddendamque Romanis legibus.] Quid reddendum? an erant libertatem Reip. remque publicam suis legibus reddituri isti imperatores? ne dubita emendare: quum primum Jovis Opt. Max. & deorum immortalium senatusque judicio, & consensu generis humani suscepisse vos Remp. à nefarii latronis scelere servandam, regendamque Romanis legibus. regendam, inquam, non reddendam.

3 Sed tamen ex scripto quod v. c. Celsus Ælianus collega transmiserat.] Ecquod genus scripti fuit istud huic consuli à collega transmissum, ex quo cognovit fuisse electos Maximum & Balbinum? an epistola fuit? variantia librorum advertit me aliud aliquid heic latere. nam editio princeps habet: ex spiritu. unde istas varietates putamus enatas, nisi ex male intellectis notis veteribus? quas non omnino quidem sanas, sed tales tamen conservavit liber Paltinus, ut facile, quid verum fuerit, inde liceat statuere. habet igitur ille codex: quamquam nondum ex vestris literis, sed tamen ex s. c. quod ad me v. c. Celsus Ælianus collega transmiserat, comperissem. quis scribendum non videt, ex s. c. hoc

est, ex senatusconsulto? discimus ex hoc loco senatusconsultum, quod factum est de imperatoribus nuncupandis Maximo & Balbino, Celso Æliano Cos. referente esse factum. initio autem hujus vitæ nomen consulis non edidit Capitolinus, qui sine dubio est iste Celsus Ælianus: alter vero consul aberat, Claudius nempe Julianus, cujus hæc epistola refertur à Capitolino, cui transmisit senatusconsulti exemplum collega Celsus Ælianus. quid si illas notas, ex s. c. sic transponamus, ex s. c. hoc erit ex senatusconsulti pari. par enim exemplum significat, quod Græci dicunt ἰσοϋ. sed hæc alias pluribus.

CASAUBONUS.

2 Quamquam nondum ex vestris literis.] Membranæ, ex divinis literis. vere. nam ita imperatorias literas, cum ad eos præsertim scriberent, vocabant. & ita multa passim in Codice.

4 Cujus pro judicio q.] Scribendum, cui vos pro j.

GRUTERVS.

4 Cujus pro judicio, &c.] Sic quoque Pal. neque opus mutari.

SALMASIUS.

4 Cujus pro judicio quod in vos habuit.]

dignitatem: gratulatus Italia, ¹ quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis: gratulatus provinciis, quas inexplebili avaritia tyrannorum laceratas ad spem salutis reduxistis: denique legionibus ipsis & auxiliis, quae ubique terrarum jam vultus vestros adorant; qui deposito dedecore pristino, nunc in vestro nomine dignam Romani principatus speciem receperunt. Quocirca ² nulla vox fortis, nulla oratio felix, nullum ingenium tam fecundum unquam fuerit, quod possit publicam felicitatem digne exprimere. Quae quanta & cujusmodi sint, jam in ipso exordio principatus vestri cognoscere potuimus: qui leges Romanas, equitatemque abolitam, & clementiam quae jam nulla erat, & vitam, & mores, & spem successio- num atque heredum reduxistis. Haec enumerare difficile est, nedum prosequi consentanea dicendi dignitate. Nam quod nobis vita per vos reddita est, ³ quum dimissis passim

per

buit.] Emendabam: cui vos pro iudicio quod in vos habuit, reddidistis pristinam dignitatem. Sed statim intellexi id occupasse Casaubonum.

CASAUBONUS.

1 Quam cum maxima ab h.] Scribe, cum maxime.

GRUTERUS.

1 Quam cum maxima ab hostibus.] Melius fuerit maxime, ut videbatur & Casaubono.

2 Nulla vox fortis, nulla oratio felix.] Pal. nulla oratio tam felix; ut videatur etiam eadem syllaba immittenda principio: nulla vox tam fortis.

3 Cum dimissis passim per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit, ut se ordine profiteretur iratum.] Pal. quam, & secretit, respuitque illud aliorum amplissimo.

SALMASIUS.

1 Quam cum maxima ab hostibus vastatione defendistis.] Lege: quam cum maximi hostili vastatione defendistis, vel, ab hostium.

2 Nulla vox fortis, nulla oratio felix.] Quae sequuntur postulant heic scribi: Quocirca nulla vox tam fortis, nulla oratio tam felix. proxime enim sequitur: nullum ingenium tam fecundum unquam fuerit, quod publicam felicitatem possit exprimere.

3 Quum dimissis passim per provincias carnificibus, sic elatus latro surrexit, ut se ordini profiteretur iratum.] Facilius credam mero meridie diem non lucere, quam hunc locum sine vitio esse. ut hoc per se clamat, sic & fidem facit ejus rei non dubiam optimus liber, qui sic scriptum praefert: quam dimissis passim per provincias carnificibus scelatus latro sic retit, ut se ordini profiteretur iratum. non diu sed acriter me torfit vera lectionis investigatio, quae nisi fallor haec est: nam quod nobis vita per vos reddita est, quam dimissis passim per provincias carnificibus scelatus latro sic petiit, ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar? minimum mihi aut nihil potius licere volui in hac emendatione constituenda. sic petiit tantum posuimus pro sic retit. r

L 2

& pin-

per provincias carnificibus sic elatus latro surrexit¹ ut se ordini profiteretur iratum, quomodo dicam aut prosequar² praesertim quum mediocritas mea non modo publicam felicitatem, sed ne peculiare quidem gaudium animi mei possit exprimere, quum eos Augustos & principes generis humani videam, quorum antehac perpetuo cultu mores & modestiam meam tanquam veteribus censoribus meis cuperem probatam: & etiamsi confidam in priorum principum

& p invicem commutari ex multis locis in istis auctoribus didici. *ficelatus* autem latro, unica voce in optimo libro legebatur, pro *ficelatus*. *ficelatum* autem *latronem* vocat Maximinum quod *ficila*, hoc est, parva *sica* armatus esset. *sica* vero, ut omnes norunt, brevis gladius, & incurvus, qui Threcum fuit proprius. at Maximinus Threx fuit. inde *ficelatum* eum *latronem* vocat. *ficila* igitur diminutivum à *sica*. hinc etiam *ficula* dicti cultri sutoris, quod in modum *sicarum* essent incurvi. Glossæ veteres; *Sicila*, σμίλα, ὄρθηλιον. *Sicila*, σμίλα χαρτομέτρου. alia Glossæ: ὄρθηλιον, *ficilis*. lege: *ficilis*. significat etiam novaculam. eadem Glossæ: *Siculum*, ξυρῶν σκυπίως. *Sipilus* novacula, ξυρῶν. legendum, *ficilus*, vel *ficilis*. *ficila* igitur brevis gladius, vel culter, qui & *ficilus* & *ficulum* & *ficilis* etiam dicebatur. ita enim vocavit Ennius hastarum spicula.

Incedit vulgo veles *ficilibus* *latis*.

Scribere etiam ita malim apud Festum, quam cum summo viro, *ficilibus* *latis*. nisi dicamus *ficilex* pro *ficilis* etiam enunciaſſe veteres, ut *folles* & *follex*. sed huic sententiæ repugnat plane prima in *ficilis* syllaba quæ longa est, venit enim à *sica*. quæ necessario in versu corripere, si *ficilibus* legeremus. *Sicles* quoque falces quibus prata secantur dictas fuisse arbitror, quæ & lato ferro sunt, & incurvæ in modum *sicarum*. nam & grammatici *sicam*, ξίδιον ὄρθηλιον interpretantur. inde *ficilire* *prata* apud

Servium est *secare*, vel *ficili* *derondere*. *ficelatus* igitur heic pro *ficelatus*. vel *ficelatus* etiam recte scribitur. nam *ficila*, & *sica*, ut *blattula*, & *blattula*, *arela*, & *arca*. Glossæ: *arca*, & *arela*, κισσῶτες, κισσῶτες. *sica*, *ficula*, & *ficila*. *sica* autem à Græco ἡκη. ἡκη, *sica*: ut ὄλκός, *fulcus*: ἐπέα. *septem*: εἰ, *si*, & similia. hinc *sica* primam longam habet, non enim à *secando* dicta est. ἡκλω, ἐπιδοργαλίδες, ἀκκωκίω, ἀκκωκίω exponunt Grammatici. inde *ficiles* & *ficilia*, spicula sunt hastarum, vel ἐπιδοργαλίδες apud Ennium. at *ficila*, vel *ficila* parva *sica*. hinc *ficelatus* latro de imperatore Threcisco. nam *sica* Thracum propria est.

CASAVBONVS.

1 Ut se ordini profiteretur iratum.] Omnes membranae, ut se amplissimo pro Alioquin saepe ordo absolute profectatu ponitur, aut ordine decurionum in municipiis. & ita saepe in antiquis inscriptionibus.

SALMASIVS.

2 Et etiam si confidam in priorem principum testimoniis, vestris tamen ut gratioribus judiciis glorior.] Palatinus totum hunc locum ita legit: sed ne peculiare quidem gaudium animi mei possit exprimere, quum eos Augustos & principes generis humani videam, quorum antehac perpetuo cultu, mores & modestiam meam tanquam veteribus censoribus meis cuperem probata, & haec esse confidam in priorum principum testimoniis: vestris tamen

cipum testimoniis, vestris tamen ut gravioribus judiciis glorior. Dii præstent præstabuntque hanc urbi Romanæ felicitatem. Nam quum ad vos respicio, aliud nihil optare possum quam quod apud deos dicitur victor Carthaginis precatus, ut scilicet in eo statu Remp. servarent in quo tunc esset, quod nullus melior inveniretur. Ita ego precor, ut in eo statu vobis Remp. servent, in quo eam vos adhuc ³nutantem collocavistis. Hæc epistola probat Pupie- 18
num eundem esse qui à plerisque Maximus dicitur nomine paterno Siquidem per hæc tempora apud Græcos, non facile Pupienus, apud Latinos non facile Maximus invenitur, & ea quæ sunt gesta contra Maximinum, modo à Pupieno, modo à Maximo acta dicantur. ⁶Sed Fortunatiano credamus qui dicit Pu-

ut gravioribus judiciis gloriarer. mentem horum verborum facile assequor, verba ipsa quomodo constituenda sint, ut integritatem ac sanitatem suam pristinam recipiant, nondum video. sensus igitur hic est. gaudium suum vix exprimere se posse dicit, quum eos principes videat, quos antehac semper coluerit, & quibus vitam suam, & mores probatos esse cupierit tanquam suis censoribus. quamvis enim vitam & modestiam suam probari consideret testimoniis priorum principum, plerisque tamen semper fecisse iudicio istorum, ut graviora majorisque ponderis, etsi principes non essent. magno pere igitur nunc se gaudere, quum eos principes factos videat, quos adhuc privatos coluerit, & quibus vitam suam probatam esse semper cupierit, quorumque adeo iudicia pluris aestimaverit, & graviora duxerit, quam ipsorum principum testimonia. hanc esse mentem istius loci nemo dubitare potest. de verbis viderint alii magis acuti magisque ingeniosi quo pacto in integrum sint restituenda.

GRYTERVS.

1 Hanc urbi Romano felicitatem.] Sic

Pal. antea anguste nimis legebatur, hanc urbi Romanæ.

3 Nutantem collocavistis.] Pal. natantem collocaveritis.

5 A Pupieno.] Ut hoc semel dicam, Palat. noster nomen istud perpetuo expressit duplici pp sic Pupieno.

SALMASIVS.

2 In quo eam vos adhuc nutantem collocavistis.] Non male Palatinus: in quo vos eam adhuc natantem collocaveritis. natantem enim quæ adhuc pendent & vacillant, lepida translatione dicuntur. at collocaveritis, omnino pro collocavistis reponendum. nondum enim, cum hæc scribebat consul, rempublicam nutantem natantemque, in bono stabilique statu conciliaverant, sed adhuc multæ ejus partes in timore, & fluctuatione versabantur.

CASAUBONUS.

4 Qui à plerisque Maximus dicitur nomine paterno.] Scripti non habent duo postrema verba. quæ tamen retineas licet: nam dictum ante, Maximo pater fuit Maximus.

6 Sed Fortunatiano credamus q.] In regio desideratur universa hæc perodus: perperam. Cuius Fortunatiani etiam ante meminit.

pienum dictum nomine suo, cognomine vero paterno Maximum, ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.

SALMASIUS.

6 *Sed Fortunatiano credamus.*] Hæc ad finem usque non comparent in optimo librorum Palatino. sed nec vetus editio, quæ omnium prima horum auctorum exiit, volam aut vestigium illorum habet. an spuria sint, aliis pronunciandum relinquo.

GRUTERUS.

6 *Sed Fortunatiano, &c.*] Neque periodi hujus littera una in Palatino.

CASAUBONUS.

1 *Ut omnium stupore legentibus aboliti videantur.*] Legendum, ut ad librum de Maximinis emendabamus: ut omni jam stupore legentes hæc absoluti videantur.

DE IIS QUI POST
GORDIANUM TERTIUM
PRINCIPES FUERUNT
A D
VALERIANUM USQUE.

CASAUBONUS.

GORDIANO tertio non Valerianus successit, sed Philippi duo; de quibus & aliis item pluribus, qui ante Valerianum imperarunt, non dubium est, quin & Spartianus & Capitolinus & Lampridius, atque omnino quicumque alii è veteribus historiam Augustam stilo persecuti sunt, in libris suis abunde egissent. Quid causæ sit cur hodie in isto Cæsareæ historiæ corpore pars hæc desideretur, difficile dictu est. Scimus tamen, non hodie atque heri, sed ante aliquot secula, factam esse hanc jacturam: imo fortasse nihil esse amissum, neque eorum quicquam periisse, quæ in hoc corpus sunt ab iis conjecta, qui illud olim ex diversis scripto-

ribus concinnarunt. Nam & membranæ veteres, cum regiarum bibliothecæ, tum illæ quibus olim in Italia usus V. C. Claudius Puteanus, & Robertus quoque Bononiensis in Epitoma quam fecit horum librorum, defectum hunc agnoscunt. Suspiciari licet, quia Philipporum res, & cæterorum, qui in hac collectione silentur, Deciorum rebus erant permixtæ, quos hostes ævissimos ecclesia Dei quondam est experta; compositorem hujus corporis pietatis Christianæ fervore impulsam, in Deciorum odium, præoptasse principes aliquot, minutos præsertim & parum memorabiles, silentio transmittere, potius quam vel Capitolinum, vel Spartianum,